

fessis sive votorum simplicium, sive votorum solemnium, sicut et ceteris religiosis, suffragari moderationem, de qua in nostris Constitutionibus, num. 101, speciali tamen titulo aptandum esse novitiis monitum, quod huic moderationi adjectum voluit Capitulum Gandavi 1871, dicens: Valde tamen eos (fratres) hortamur, ut hac licentia (peccata sua confitendi quandoque extra Ordinem) non utantur nisi ex rationabili causa et quam rarissime fieri poterit.»

Estas resoluciones son, con más razón, aplicables á los simples novicios. Por tanto, la cuestión, tan extensamente dilucidada en este artículo por el P. Morán, al menos respecto de los Dominicos, está ya resuelta.*

CAPÍTULO VIII

DE LA PROFESIÓN RELIGIOSA

ARTÍCULO PRIMERO

De la profesión simple, de los privilegios que da al profeso, y del tiempo que ha de durar.

3726. Antes de tratar de la profesión solemne, que antiguamente se hacía inmediatamente después de cumplir el tiempo del noviciado, se ha de tener presente la notable mutación que hizo Pío IX, de santa memoria, sobre esta materia. Con fecha 19 de Marzo de 1837, después de manifestar la necesidad de que sean bien probados los que toman el estado religioso, para impedir que se introduzcan en él lobos con piel de oveja, dió el importante decreto que, entre otras cosas, dice así:

«Cum igitur Ecclesia prudenti quadam œconomia ingruentibus malis juxta rerum ac temporum adjuncta provide sapienterque occurrere soleat, Sanctissimus Dominus noster

Pius Papa IX, religiosos Ordines præcipua benevolentia prosequens, et ab iis hujusmodi mala avertere summopere cupiens, rem deferendam voluit ad Sacram Congregationem super statu Regularium, ut Patres Cardinales, rebus accurate discussis, proponerent quidquid in Domino expedire existimassent. Itaque auditis eorundem Cardinalium sententiis, universaque rei ratione sedulo perpensa, hæc quæ sequuntur, quoad religiosas virorum familias in quibus solemnia vota emittuntur, ex Apostolicæ auctoritatis plenitudine statuit atque decernit, et ab omnibus ad quos spectant, ex obedientiæ præcepto observari et executioni demandari districte jubet; et contrariis quibuscumque, etiam speciali et individua mentione et derogatione dignis, derogat, ac plene derogatum esse declarat.

»Peracta probatione et novitiatu ad præscriptum sacri Concilii Tridentini, constitutionum Apostolicarum et statutorum Ordinis a S. Sede approbatorum, novitii vota simplicia emittant, postquam expleverint ætatem annorum sexdecim ab eodem Tridentino Concilio statutam, vel aliam majorem, quæ forsitan a statutis propriis Ordinis a S. Sede approbatis requiratur; et quoad laicos et conversos, postquam ad eam pervenerint ætatem quæ in constitutione Clementis VIII incipiente *In supremo* præfinita est.

»Professi, post triennium a die quo vota simplicia emisissent computandum, si digni reperiantur, ad professionem votorum solemnium admittantur, nisi fortasse pro aliquibus locis, uti nonnullis institutis indultum est, professio votorum simplicium ad longius tempus jam concessa fuerit. Poterit vero superior generalis, ac etiam superior provincialis ex justis et rationabilibus causis professionem votorum solemnium differre, non tamen ultra ætatem annorum viginti quinque expletorum. Si vero

in ordine seu instituto provinciales non habeantur, eadem differendi professionem votorum solemnium facultas attribuitur etiam superiori domus novitiatus, de consensu tamen magistris novitiorum et duorum religiosorum qui in instituto aliquo gradu insigniti sint.»

Debe meditarse con mucha atención este decreto de Pío IX; porque si no se observase con el debido rigor el trienio de la profesión simple, la profesión solemne sería nula, y ninguno sin dispensa pontificia puede alargar más allá de la edad de veinticinco años cumplidos la profesión simple; pues cumplida esta edad, debe admitirseles á la profesión solemne, ó expelerlos de la religión.

Los autores que tratan de los simples profesos, dicen ordinariamente que éstos gozan de *todos* los mismos privilegios que los profesos solemnes; hay, no obstante, una diferencia, á saber: que los simples profesos no tienen voto para admitir á la profesión solemne. Esta resolución pontificia fué muy sabia; porque pudiera suceder (atendida la humana miseria) que, siendo muchos en número, hubiese colusión entre ellos en votarse mutuamente para la profesión solemne. Por tanto, el Maestro General de la Orden de Predicadores elevó á la resolución de la Sagrada Congregación *super statu Regularium*, las dudas siguientes:

3727. «*Beatissime Pater:*

»Frater Alexander Vincentius Jandel, Magister Generalis Ordinis Fratrum Prædicatorum exponit, occasione nuperrimi decreti a Sacra Congregatione super statu Regularium die 12 Junii 1858, Apostolica auctoritate editi, nova quædam in quibusdam sui Ordinis conventibus exorta fuisse dubia, quorum solutionem ab eadem Sacra Congregatione enixe et humillime exposcit:

»1.^{um} Cum ex præfati decreti te-

nore (num. 8) professi votorum simplicium suffragium habeant in actis capitularibus sui conventus, quatenus et prout habent solemniter professi; quæritur, an inter hujusmodi actus capitulares recenseatur etiam actus receptionis ad votorum solemnium professionem? Nam præterquamquod votorum simplicium professi non sint de corpore professorum solemniter, contingere potest quod professi simplices numero excedant professos solemnes, et inter eos periculum collusionis enascatur, cum alii post alios, vel simul vel post breve tempus, ad solemnem professionem admittendi sint.

»2.^{um} Utrum rejectio alicujus professi simplicis a majori parte patrum in Consilio, vel totius conventus in Capitulo per suffragia secreta prolata, ab Ordinis Generali Magistro, nulla alia intercedente inquisitione aut informatione, haberi possit tamquam legitima et justa causa, aut prudens judicium, ad hoc ut ejusdem professi votorum simplicium dimissio ab Ordine, et eorundem votorum solutio, ab ipso cum suo generali Consilio decerni et declarari possit?

»3.^{um} Et quatenus negative, quæritur 3, quid agendum, si Patres conventus ad excludendum novitium a professione solemni perseverent, nec ulterius eadem differri possit, eo quod viginti quinque ætatis suæ annos novitius expleverit?

« Sanctissimus Dominus noster » Pius Papa IX, in audientia habita » die 7 Februarii 1862, ab infrascripto » Secretario Sacræ Congregationis super statu Regularium ad supra » scripta proposita dubia rescribendum mandavit: nempe, ad 1.^{um}, *Negative*; ad 2.^{um}, *Negative*; ad 3.^{um}, » pro admissione ad vota solemnia » post expletum triennium votorum » simplicium audiri quidem debet Capitulo conventuale ad instructionem animi Superiorum: minime » vero a Superiore Generali vel ab ejus

»subdelegato standum erit resolutioni ejusdem Capituli. Quod si aliunde habeantur legitimæ causæ ad dimittendos professos votorum simplicium, hoc in casu reservanda erunt quæ in articulis IV et V declarationum præscripta sunt.

»Insuper Sanctitas Sua ea, quæ in hisce responsis continentur, etiam ad alios Ordines et Instituta extendit, et extensa esse declaravit.

»Datum Romæ, ex Secretaria ejusdem Sacræ Congregationis, super statu Regularium.—A. ARCHIEPISCOPUS PHILIPPEN., Secretarius.—Loc. ✠ sigilli.»

ARTICULO II

Definición de la profesión simple, y efectos que causa.

3728. P. ¿Cómo se define la profesión simple?

R. «Contractus moralis, per quem homo voluntarie se ipsum tradit Deo in tali religione approbata, promittendo tria vota obedientiæ, paupertatis, et castitatis: idque, interveniente prælati regularis consensu, qui nomine Dei illa acceptet.»

Para que se tenga una noticia exacta de la naturaleza de los votos que hacen los de profesión simple, y otras cosas que conviene saber acerca de ellos, voy á copiar literalmente la resolución de Pío IX, de santa memoria, de 12 de Junio de 1858. He aquí cómo consignan este decreto las Constituciones de la Orden de Predicadores (edición de 1872, aprobada por el Capítulo general de Gante, celebrado en 1871, distinción 1.^a, capítulo 15, *De professione*, declar. 4, *De qualitatibus votorum simplicium*, número 296 y siguientes):

3729. «Declaramus, quod Sanctissimus Dominus noster Pius Papa IX, attentis precibus Magistri Ordinis Prædicatorum, sequentia decernere dignatus est die 12 Junii 1858

quantum ad votorum simplicium obligationes et privilegia:

»I. Vota simplicia, de quibus agitur, perpetua erunt ex parte votentis, utpote quæ tendunt ad emittenda deinde vota solemnia, in quibus perfectionem et complementum accipient.

»II. Eorundem votorum simplicium dispensatio reservata est Romano Pontifici, cui professi, gravibus urgentibus causis, preces porrigere poterunt.

»III. Verum eadem simplicia vota solvi etiam possunt ex parte Ordinis, in actu dimissionis professorum, ita ut, data dimissione, professi ab omnium dictorum votorum vinculo et obligatione eo ipso liberi fiant.

»IV. Facultas autem dimittendi professos votorum simplicium, de quibus agitur, spectat ad Magistrum Generalem Ordinis cum suo generali Consilio. Idem Magister Generalis cum suo generali Consilio poterit in casibus extraordinariis, et præsertim pro regionibus et locis longinquis, ad dimissionem decernendam subdelegare probos et prudentes religiosos, qui saltem tres esse debent.

»V. Licet ad decernendam dimissionem neque processus neque iudicii forma requiratur, sed ad eam procedi possit sola facti veritate inspecta, tamen Superiores procedere debent summa charitate, prudentia, et ex justis ac rationalibus causis, quacunque humana affectione remota; secus eorum conscientia graviter onerata remaneat. Nemo autem ex causa infirmitatis post professionem votorum simplicium superventæ dimitti poterit.

»VI. Professi dictorum votorum simplicium participes erunt omnium gratiarum et privilegiorum, quibus professi votorum solemnium in memorato Ordine legitime utuntur, fruuntur et gaudent.

»VII. Superiores regulares, ad quos spectat, concedere poterunt hu-

jusmodi professis litteras dimissionarias dumtaxat ad primam tonsuram, et ad ordines minores, servatis tamen de jure servandis, et præsertim quæ circa ordinationes regularium ab Apostolica Sede præscripta sunt.

»VIII. Anni professionis qui in dicto Ordine requiruntur ut quis voce activa et passiva gaudeat, et ad officia admitti possit, a die emissionis votorum simplicium computentur; et professi votorum simplicium suffragium habeant in actis capitularibus sui conventus, quatenus et prout habent solemniter professi (excepta tantum receptione fratrum ad professionem solemnem: *Sacra Congregatio super statu Regularium*, 7 Febr. 1862).

»IX. Professi votorum simplicium dominium radicale, ut ajunt, suorum bonorum retinere poterunt (hæc vox poterunt non significat quod prædicti professi libertatem habebunt aut retinendi dominium radicale bonorum suorum, aut non retinendi, et sic totaliter renuntiandi bonis suis; quia e contra, debent hoc dominium retinere usque ad professionem solemnem, ut patebit infra, num. 305: sed significat quod professi votorum simplicium habebunt *capacitatem* retinendi tale dominium; quæ capacitas amplius non existit in professis votorum solemnium), sed eis omnino interdicta est eorum administratio, et reddituum erogatio atque usus. Debent propterea ante professionem votorum simplicium cedere, pro tempore quo in eadem votorum simplicium professione permanserint, administratiorem, et usumfructum, et usum, quibus eis placuerit, ac etiam suo Ordini, si ita pro eorum libitu existimaverint.

»X. Professi votorum simplicium remanere debent in domibus professorii et studiorum, et vitam communem perfectam observare.

»XI. Ad valide emittenda vota solemnia post vota simplicia, requiritur

professio expressa; et ideo professio tacita omnino abrogata est.

»Ex aliis declarationibus datis 6 Augusti 1858 per Sacram Congregationem super statu Regularium constat professos votorum simplicium obligari ad observationem regulæ Ordinis, prout solemniter professi; et illos non teneri ad privatam recitationem divini Officii, sed debere choro interesse, ut solemniter professi.»

3730. Entre otras cosas importantes que se leen en esta declaración de Pío IX, se han de tener presentes las cuatro siguientes:

1.^a Que ni la comunidad donde está el simple profeso, ni áun el provincial de aquella provincia, pueden expeler al simple profeso. Esta es atribución peculiar del General de la Orden, con su Consejo.

2.^a La profesión tácita, de que tanto hablan los autores que tratan del derecho canónico regular (especialmente los Salmaticenses, tom. 4, cap. 4, *De professione religiosa*), queda abrogada por Pío IX, porque era incompatible con el derecho nuevo que este gran Papa estableció, introduciendo la simple profesión.

3.^a Como los simples profesos, aunque conservan el dominio radical de sus bienes, *eis omnino interdicta est eorum administratio et reddituum erogatio, atque usus*, de aquí es que, antes de hacer el voto de pobreza, deben disponer del producto libre de sus bienes, y en la profesión solemne deben hacer la renuncia total.

4.^a En las otras declaraciones de la Sagrada Congregación, dadas en 6 de Agosto de 1858, se dice que los simples profesos están *obligados* á la observancia de la regla de su Orden, del mismo modo que los profesos solemnes (*prout solemniter professi*); pero dice el Papa que no están obligados á rezar privadamente el Oficio divino, si bien deben asistir al coro como los profesos solemnes: «Et illos (profes-

«sos simplices) non teneri ad privatam recitationem divini Officii, sed debere choro interesse ut solemniter professi.»

Ocurrió alguna duda á los religiosos sobre si los profesos simples están obligados bajo culpa á rezar el Oficio divino cuando asisten á coro, por aquellas palabras de Pío IX: *Sed debent choro interesse ut solemniter professi.* En este Colegio de Dominicos de Ocaña convinimos todos los Padres en que los simples profesos deben asistir á coro y á todos los actos de comunidad, porque están en prueba hasta la profesión solemne; pero convinimos también en que era notablemente más probable que el Papa no les obligaba bajo pecado mortal á rezar el Oficio divino, áun cuando asistiesen al coro, si bien el prelado los podía castigar si estaban callados ó no asistían con la modestia debida. Nos fundamos principalmente en dos razones:

1.^a Porque parece una anomalía que los simples profesos no tengan obligación de rezar privadamente el Oficio divino, y por otra parte están obligados bajo pecado mortal á rezar-le cuando asisten al coro.

2.^a Porque Pío IX, después de decir «illos (profesos votorum simplicium) non teneri ad privatam recitationem divini Officii,» á continuación no dice «sed teneri dum intersunt choro;» sino que dice: «Sed debere choro interesse, ut solemniter professi.»

Por lo menos, según mi humilde parecer, es cierto moralmente que Pío IX tan sólo quiso que los simples profesos asistiesen con los profesos solemnes á todos los actos de comunidad, entre los cuales el principal es la asistencia al coro.

3731. Sobre si los novicios pueden, estando solos, cumplir con el coro, he aquí las palabras de las Constituciones de los Dominicos, edición de 1872, núm. 69. Hablando de los religiosos que se han de contar para

cumplir con el coro, dicen así: «Novitios non profesos ad hunc numerum perficiendum computari posse convertitur, sed tamen docetur a multis theologis. Secus est de conversis.» En cuanto al número de los religiosos profesos de coro, dicen las Constituciones: «Ad satisfaciendum obligationi choralis, certo quatuor et probabiliter tres fratres clerici sufficiunt.» Los simples profesos, aunque estén solos, pueden cumplir con el coro.

* Los profesos de votos simples no pueden ser elegidos prelados ni superiores. (S. C. de O. y R., 16 de Enero de 1891.)*

3732. En cuanto á lo que se requiere para que se pueda hacer la profesión simple (además de las cosas que quedan dichas), atiende cada uno á lo que se establece en las constituciones de su instituto. En las de la Orden de Predicadores, según la edición aprobada en 1871 por el Capítulo general de Gante y publicada en 1872, en los números 279 y 280 se lee lo siguiente:

«*Pro clericorum simplici professione, quando in conventu suæ affiliationis educantur, requiritur primo, aut consensus prioris (seu subprioris in capite) hujus conventus, aut consensus provincialis, aut consensus alicujus patris a provinciali specialiter delegati (dist. 1.^a, cap. 13, text. III); nec talem consensum supplere potest subprior aut vicarius prioris. Secundo, requiritur consensus majoris partis consilii; et tertio, facta examinerum relatione, consensus majoris partis Capituli ejusdem conventus (dist. 1.^a, cap. 13, text. III, et Bononiæ, 1706, declar. 14).*»

3733. «*Pro conversorum simplici professione, quando pariter in conventu suæ affiliationis educantur, primo requiritur cumulative consensus provincialis, aut alicujus patris a provinciali specialiter delegati; et consensus prioris, seu subprioris in capite, hujus conventus. Secundo, requiritur consen-*

«sus majoris partis consilii; et tertio, consensus duarum partium ex tribus Capituli ejusdem conventus (dist. 1.^a, cap. 13, text. III, et Tolosæ, 1328).»

De modo que para la admisión de un religioso de coro basta la mayoría de los que votan en Capítulo; pero para la admisión de los legos se exigen las dos terceras partes de los que votan.

3734. A continuación de lo dicho en los dos números anteriores expresan las Constituciones lo que debe hacerse cuando un novicio pasa el noviciado en un convento al cual no está afiliado; y al llegar el tiempo de la votación tienen los dos conventos que intervenir en la admisión del novicio, y no convienen los pareceres sobre si se le debe admitir ó expeler.

3735. Me parece oportuno transcribir literalmente las palabras del Capítulo general de la Orden de Predicadores, celebrado en Gante en 1871, instruyendo á los religiosos Dominicos sobre la conducta que deben observar en la admisión de los novicios á la profesión simple; porque perteneciendo á todas las Ordenes religiosas (exceptuados los Jesuítas) la legislación regular sobre la profesión simple introducida por Pío IX, me parece que á todos convienen las advertencias del Capítulo general de los Dominicos. He aquí las palabras que se hallan en el núm. 283:

«*Quoniam præsentis tempore lex civilis et opinio publica nullam adhibere permittunt repressionem coactivam contra religiosorum excessus, qui suæ vocationis oblit, vel suæ naturæ debilitate victi, spiritui et vitiis hujus sæculi indulgent, eo magis necessarium est prudenti severitate uti in admisione novitiorum ad professionem; ideoque admonemus omnes ad quos spectat suffragium pro novitiorum professione, ut non nisi vere dignos et probatos novitios ad professionem recipiant. Caveant igitur ab illo perni-*

«cioso errore (qui jam non semel irrepserit) eorum qui putant facilius illos ad professionem simplicem admitti posse, ut per triennium votorum simplicium melius probentur. Cum enim ista vota, licet simplicia, tamen sint perpetua, qui semel iisdem est adstrictus, non potest amplius ab Ordini ejici, nisi ob rationes valde graves, et longe quidem graviores illis quæ sufficissent ad eum a professione simplici arcendum; uti luculenter declaratur in ipso decreto Sanctissimi Domini nostri Pii Papæ IX, qui dimissionem novitiorum votorum simplicium voluit Magistro Ordinis cum suo consilio generali unice reservari. Qui ergo votum dare debent circa receptionem novitii ad professionem simplicem, hoc unum præ oculis habeant in ferendo suffragio, an scilicet iste de vera et divina vocatione, necnon de fidelitate ad ambulandum digne eadem signa dederit ita clara et manifesta, ut nihil prohibeat quin tuto ad professionem admittatur: secus autem, vel ad sæculum remitti, vel saltem ejus professio differri debet; prout in Domino melius videbitur (*Ord. pro bono reg.*, 13).»

3736. Ya se ha dicho que Pío IX, si bien concedió al Maestro General de la Orden y al provincial de la respectiva provincia dilatar la profesión solemne á los simples profesos hasta que éstos hubiesen cumplido veinticinco años de edad, pero, cumplida ésta, deben darles la profesión solemne, si la mereciesen; y si no tuviesen las cualidades necesarias, expulsarlos de la corporación; cuya expulsión debe hacer el Maestro General del modo que queda dicho. El que desee enterarse más circunstanciadamente sobre este punto, vea el tomo 2, pág. 360, *Acta ex his decerpta, quæ apud Sanctam Sedem geruntur*, donde se pone la siguiente declaración de la Sagrada Congregación: «Die 15 Augusti 1866 propositum fuit dubium: Utrum in casu quo sacerdos sæcularis habitum

petivit et obtinuit, qui annum 25 longe transgressus est, huic, jam emissa professione votorum simplicium, professio solemnitas, nempe, solemnium votorum, differri possit supra consuetum triennium, si intra triennium votorum simplicium non sufficientia argumenta de sua vocatione dederit? Sacra Congregatio respondit: *Negative, nempe, non posse differri.* (V. *Analec-ta Juris Pontificii*, anno 1867, pag. 1019. Et aliæ decisiones apud *Acta ex his decerpta, quæ apud Sanctam Sedem geruntur*, tom. 1.º (debe decir 2.º), pag. 360.)»

3737. En cuanto á los efectos de la profesión simple, además de lo que queda dicho, voy á copiar lo que dice el novísimo Fontana, en la palabra *De professione*, núms. 2 y 3. Dice así: «Professio solemnitas specie eadem est ac simplex. Prima tamen ex Ecclesiæ instituto differt quoad aliquos effectus; in solemniti enim professione castitatis votum dirimit matrimonium, in simplici impedit; in illa votum paupertatis privat voventem omni dominio, in hac remanet in vovente dominium radicale; demum in professione solemniti vota rarius et difficiliter solvuntur a Papa, non sic in simplici professione.

»3.º In utraque professione non requiritur ad validitatem certa verborum forma, sed sufficit quælibet, quibusque sit verbis concepta; dummodo profitens per ea ad tria vota et certam regulam se astringere revera intendat. Ita ex jure communi, argum. cap. *Porrectum* 13, de regular. Vide Ferraris, verb. *Professio regularis*, num. 48. Sed quia in nostro Ordine forma professionis est præscripta in Constitutionibus nostris, dist. 1.ª, cap. 15, text. 1, eadem uti debent illi qui recipiendi sunt tam ad simplicium quam solemnium votorum professionem, cum inter ea specifica differentia nullo modo existat, ut ex dictis patet.»

3738. Además, en la Orden de

Predicadores, «quando quis profite-tur, et dies, mensis, et annus debent in dicto libro conscribi (Parisiis, 1246). Et juxta Capitulum generale Romæ, 1558, debet profitens scribere ætatem suam, et quod sponte profes-sus sit. Ex Constitutionibus nostris, dist. 1.ª, cap. 15, text. 1, litt. B.»

Ya se ha dicho que la profesión debe ser espontánea; pero esto necesita alguna explicación. Scavini (edición de 1874, tom. 1, núm. 478) dice así: «Hinc nulla est, vel nulla declaranda professio emissa cogente gravi metu; item metu reverentiali, non quidem solo, sed accedente pre-cum, blanditiarum, et imperii sæpius repetita importunitate; aut gravi offensione, aut diu continuata indignatione consanguineorum, adjunctis etiam minis de subsidiis negandis, si e religione egrediatur ingressus.» (Nota 1.ª).

La anterior nota de Scavini aún necesita alguna explicación; porque, como se lee en la obra *Acta ex his decerpta*, tom. 3, el doctísimo Avanzini, que entonces dirigía esta obra, en la pág. 126 dice así: «Non quamlibet vim et metum, licet atrocem, nullam reddere professionem; sed tantum illum qui directe ostendatur incussus ad extorquendam professionem;» pero esto se explicará más minuciosamente en el artículo siguiente.

ARTICULO III

De la reclamación que puede hacer el religioso sobre la nulidad de su profesión.

3739. El Concilio de Trento (sess. 25, *De regular.*, cap. 19) dice así: «Quicumque regularis prætendat se per vim et metum ingressum esse religionem, aut etiam dicat ante ætatem debitam professum fuisse, aut quid simile, velitque habitum dimittere quacumque de causa, aut etiam cum habitu discedere sine licentia supe-

riorum, non audiatur, nisi intra quin-quennium tantum a die professionis; et tunc non aliter nisi causas, quas prætenderit, deduxerit coram superiore suo et Ordinario. Quod si antea habitum sponte dimiserit, nullatenus ad allegandum quamcumque causam admittatur; sed ad monasterium redire cogatur, et tamquam apostata puniatur; interim vero nullo privilegio suæ religionis juvetur. Nemo etiam regularis cujuscumque facultatis vigore transferatur ad laxiorem religionem; nec detur licentia cuiquam regulari occulte ferendi habitum suæ religionis.»

3740. Dejando aparte otras muchas cuestiones que suelen moverse sobre la reclamación de la profesión nula, que se pueden ver en los cano-nistas, voy á copiar las siguientes resoluciones que dió la Sagrada Congregación del Concilio á las dudas propuestas por el procurador general de la Orden de Predicadores, según se leen en el novísimo Fontana, palabra *De professione*, núm. 42; y estas declaraciones explican lo que se ha de hacer cuando el religioso que reclama la nulidad de su profesión no hizo la reclamación dentro del quinquenio de su profesión, que le concede el Tridentino. Dice así:

«Circa reclamantes post quinquennium nullitatem religiosæ professionis, sequentia dubia fuerunt exposita a procuratore generali Ordinis, ut videre est in Cap. general. Romæ, 1670, denuntiat. II.

»1.º An quinquennium, post cuius lapsum, juxta decretum S. Concilii (Tridentini), regulares professi prætendentes reclamare contra suam professionem non debent audiri, intelligi debeat de quinquennio numerando a die professionis tacitæ, vel expressæ eorumdem religiosorum?

»2.º An habentes impedimentum, etiam perpetuum, ex quo professio de jure est nulla, possint audiri post quinquennium?

»3.º An illi qui intra quinquen-

nium impediti fuerint reclamare, vel ignorarunt causam nullitatis suæ professionis, possint similiter post quinquennium audiri?

»4.º An superiore regulari impedito, vel etiam nolente convenire cum Episcopo ad audiendum reclamantem contra professionem, Episcopus solus possit reclamationis causam cognoscere ac definire?

»5.º An Episcopus possit superiorem regularem compellere, vel per censuras, vel per alias pœnas, ut conveniat cum illo ad audiendum reclamantem contra professionem, et ad causam reclamationis cognoscendam ac definiendam?

»Die 15 Decembris 1668, Sacra Congregatio Eminentissimorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium Concilii Tridentini interpretum respondit:

»Ad 1.º, quinquennium numerandum esse a die professionis tam tacitæ, quam expressæ. * Hoy en los religiosos está suprimida la profesión tácita. (Véase el núm. 3730.) *

»Ad 2.º, exprimendos esse casus particulares.

»Ad 3.º, 4.º, 5.º, Negative.

»A. CARDINALIS CELSUS, Præf.— J., ARCH. ADRIANOPOL., Secretarius.»

3741. Después pone Fontana las condiciones que se exigen para hacer la reclamación contra la validez de la profesión, y dice así (número 43):

«Ad legitimam reclamationem contra nullitatem professionis tres potissimum condiciones sunt necessariae; quarum si una omittatur, reclamans non auditur. Prima conditio est, quod reclamans ante deductionem et probationem nullitatis suæ professionis coram legitimo iudice faciendam, habitum non deponat; nec etiam absque licentia superioris cum habitu a monasterio discedat; ex textu expresso Concilii Tridentini, sess. 25, *De regular.*, cap. 19, et decret. Sacræ Congregationis Concilii in Bononiens., 4 Junii 1689.